



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statu In Quo Sint Beatorum Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicii diem**

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Condem. Censurae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

Roma. 10.

ceremoniarum, quæ abrogata est. Manet etiamnum lex conscientiæ, ostendens peccatum, quæ peccati ostensio etsi terret etiam pios, tamen hic terror absorbetur in Christo, qui est finis legis, ac perfectio, Rom. 10.

PROPOSITIO SEXTA.

DVplex est bonum, Naturæ & Gratia.

CENSURA.

TRiplex est bonum, Naturæ, Morum, Gratia.

CONDEM. CENSURAE.

Job
Matth

CHristus & Ioannes Matth. 3. 7. 12. duas tantum arbores faciunt, & docent quod arbor bona, non potest malos fructus, similiter putris bonos fructus facere, & quis uis aut fidelis est, aut infidelis. Si fidelis, huius opera placent Deo propter personæ fidem. Si infidelis, eius opera displicent Deo, quantumuis splendida sint in faciem, propter infidelitatem. Nam opera sine fide mera hypocrisis sunt. Quicquid non est ex fide, peccatum est. Rom. 14.

Rom. 12

Grata Deo non sunt fumantia thura, nec aræ,
Nec sacra, si cordis religione carent.

Ambrosius
Augustinus
Hieronymus

Certe neutrales non nouit scriptura, & Aristotelicos Theologos. Cæterum opera moraliter bona, Bona sunt quidem & sua habent in hoc mundo premia, sed te coram Deo bonum non reddunt, nec gratum aut acceptum, nisi prius fide sis acceptus. Sine cultu ueri Dei (ut Ambrosius dicit) etiam id quod uirtus uidetur esse, peccatum est. Et Augustinus: Vbi fides non erat, bonum opus non erat. Hieronymus Gala. 3.

Vt

Vt sciant nullū absq; Christo uiuere, sine quo omnis uirtus in uitio est. Sine fide sordent omnia Deo. Iam uidere est Fratrī triplicem bonorum diuisionem, quā quadret scripturis, Christo, Paulo, doctoribus. Quāquam dicas bonum naturæ, bonum morum, idem dixeris. Sed ne nihil scire uideatur, tales diuisiones comminiscitur.

PROPOSITIO SEPTIMA.

VSus seu officium legis triplex, ostendit naturæ immundiciem, coercet carnē, ne pro sua libidine uiuat, dirigit ad Christum.

CENSURA.

EN Fideistarum mysteria serpūt ut cancer, subrepunt ut scorpūs. Ponit tantum tres utilitates legis, ut quartam occultet, subticet iustificationem legis ut soli fidei tribuatur.

CONDEM. CENSURAE.

POteram quatuor legis officia seu usus dixisse, duos ad spiritum siue ad internum hominem pertinentes. Primus est, ut ostendat nobis naturæ nostræ immundiciem, sit enim supra modum peccans peccatum per mandatum. Secundus ut dirigat ad Christum. Galat. 3. Lex pædagogus est ad Christum, ut ex fide iustificemur. Sic enim interpretatur Augustinus libro de perfectione iustitiæ: Atq; eum, inquit, timore legis humilem factum, tanq; pædagogus ad fidem gratiamq; perduceret. Tertius & quartus politicus, ut coerceat carnem, lex em̄ est iniustis posita, quandoquidē iusti non indigent lege seu magistratu uindicante, sed defen
k for.

Galat. 3.
Augustinus